



M V I S 3 00 R A

AD ARTIS QVÆSITOREM LECTOREM PROOEMIVM.



E mireris, Lector Peramice, & vere
naturalium mysteriorum Indagator,
cur videlicet extremo hocce mundi se-
culo, quod, uti dictitant, uno pede iam
iam sepulchrum premit, perbreuem
huncce Tractatum, conscribere conatus
siem, praesertim cum omneis fermè Bibliothecæ ijs libris re-
fertæ reperiantur, qui hac eadem de materia tractant,
quorum tamen ut plurimi falsam fictamque Philosophi-
am, & remedia falso-fictitia in se complectantur. Tui, non
mei, gratia Tractatum istum conscripsi, ut ita veritatis
fundamentum monstrarem, & de viis erroneis te ab-
ducerem, quum tua id maxum opere intersit. Ad me quod
attinet, non equidem ignoro, quid ad illud mihi necessum

A 2 siet: